



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,
Coordinatus, Seu Omnes ...**

Diana, Antonino

Lugduni, M. DC. LXXX.

291. An Prælati Regulares quoad suos subditos possint dispensare super
infamia iuris etiam publica? Ex p. 5. t. 14. & Misc. 2. r. 91.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76429](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76429)

illam degentes, esse perpetuo suspensos ab exercitio Ordinum, sublata Ordinarii locorum facultate dictam suspensionem relaxandi ac moderandi.

RESOL. CCLXXXIX.

An spectet ad Praelatos Regulares iudicare circa suos subditos, an defectus corporis sit ita notabilis, ut inducat irregularitatem, vel non?

Et an qui aures non habet, sit irregularis?

Et an Praelati Regulares possint dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proveniente ut v.g. cum illo, qui digito caret, non tamen pulgari, vel pollice: qui caret oculo dextro, vel sinistro; auribus, vel pede, & ambulat cum pede ligneo, vel habet manus tremulas, &c. Ex p. 4. tr. 1. Rel. 73.

§. 1. Circa Clericos saeculares spectare id ad Episcopum, firmavi ego ipse in part. 3. tr. 6. ref. 61. quoad Regulares id ad suos Superiores minime spectare, tradunt Barbosa de potest. Episc. part. 2. alleg. 4. 2. vlt. Campanili in dixer. iur. Cen. rubr. 11. c. 17. num. 204. Henriquez lib. 13. cap. 14. §. 1. & nouissimè Hieronymus Rodriguez in compend. qq. Regul. res. sol. 52. numer. 17.

Quae nunc est in 5. tr. 5. Ref. 62. & in aliis praedicti tr. & quibus non plene sup. hac, & seq. quaestio- nibus con- tinentur in hac Ref. legem aor. Ref. an aor. leg.

2. Verum affirmatiuam sententiam tenet Peyrinus tom. 2. de relig. Praelat. quaest. 4. capit. 4. numer. 24. Auila de censur. part. 7. disput. 3. dub. 2. Layman lib. 2. tract. 5. part. 5. cap. 7. numer. 6. Miranda in manual. Praelat. tom. 2. quaestio. 8. articulo. 3. conclusio. 3. & Bartholomaeus de Vecchis in praxi notit. disputat. 9. dubit. 21. num. 3. Suarez de censur. disputat. 5. sect. 3. numer. 16. & haec opinio videtur mihi probabilis cum Petro Cornejo in 3. part. D. Thoma tractat. 5. de irregularitat. disputat. 12. quaestio. 2. quia hoc magis spectat ad iurisdictionem Episcopalem quam ipsi Praelati habent, quam ad Ordinis characterem. Aduertit tamen Layman, Suarez, Vecchius & Miranda ubi supra, liberum esse Episcopo qui daturus est Ordines, admittere, vel reiicere tale arbitrium factum à Praefato Religionis Praelato circa defectum corporis subditi sui, ut non inducat irregularitatem. Possunt tamen Praelati regulares auctoritate quasi Episcopali gaudentes dispensare cum suis subditis in irregularitate ex vitio corporis proveniente, dummodo vitium non sit tam foedum, aut turpe, ut ex eo scandalum oriri rationabiliter formidetur. Ita Villalobos & Rodriguez ubi infra à Vecchius loco citat. dubit. 20. numer. 3. Miranda Ioan. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 17. concl. 2. & alij, & ita in facti contingentia ego consului potuisse Praelatum dispensare ad sacros Ordines suscipiendos cum subdito, qui digito carebat, non tamen pulgari, siue pollice.

3. Sed difficultas est, an dicti Praelati possint dispensare cum subdito, qui caret pede, & ambulat cum pede ligneo? Affirmatiuam sententiam tenet Villalobos in summa, tom. 1. tractat. 22. difficult. 9. num. 21. Hieronymus Rodriguez in compend. quaestio. regul. res. sol. 52. numer. 16. & alij, & haec opinio videtur mihi probabilis, licet aliqui illam non admittant, ut Petrus Cornejo in 3. part. D. Thoma tractat. 5. de irregular. disput. 12. dubit. unica, quaestio. vlt. Idem etiam dicendum puto de Religioso si careat oculo dextro, nam cum ipso potest praelatus dispensare, ut tenet Vecchius loco citat. cui adde Peyrinum in privileg. Minim. tomo primo, constitution. 2. Iulij 11. §. 19. numer. 118. qui citat Ioan. de la Cruz, imò licet orbatio oculi sinistri irregularitatem inducat, si oculus dexter tali polleat virtute, ut sine deformi faciei conuersione Canon legi possit;

Sup. conten- to in hoc vers. vlt. ad not. seq. in tom. 1. tr. 5. Ref. 73. vlt.

ad quam rem inferuire potest Missalis accommodatio, puto in tali casu non adesse irregularitatem. Ita Layman lib. 2. tract. 5. part. 5. cap. 7. num. 2. & alij. Ex quibus omnibus ego olim consului potuisse Praelatum dispensare cum Sacerdote sibi subdito, & Maxime in occulto, ad offerendum sacrificium Missae, qui quidem Sacerdos ob manus tremulas, vel ob chitragram, vel ob aliud huiusmodi impedimentum, laboraret aliqua in habilitate obseruandi omnes ceremonias in celebratione Missae conuersas, dummodo haec impotentia non sit tanta vt ex ea graue oriatur scandalum, & dispensatus possit sine periculo exple ministerium, & maxime sine effusione sanguinis, si habet manus tremulas. Ita Vecchius ubi supra dub. 21. numer. 6.

45 Et tandem notandum est hic obiter contra Nauarr. cap. 27. numer. 223. non esse irregularem, qui aures non habet, ita Henriquez lib. 14. cap. 8. num. 1. quod probabile esse puto cum Coninch disp. 18. dub. 13. n. 108. & Auila p. 7. disp. 3. dub. 3. quando crinitus, aut simili ratione defectus iste ita potest regi vt non appareat, nam hoc modo cessat deformitas, quicquid in contrarium cum Nauarro sentiat Vualobus in candelabr. aur. tract. de irregular. tr. de aurium defectu, numer. 4.

RESOL. CCXC.

An praelati Regulares quoad suos subditos possint dispensare super infamia iuris etiam publica? Ex p. 5. tr. 14. & Misc. 1. Ref. 91.

§. 1. Negatiue respondet Sebastianus à Bononia tract. de select. part. 2. cap. 4. dub. 87. numer. 1. Bartholomaeus à Vecchis in Praxi Notitior. disput. 9. dub. 22. num. 13. & alij afferentes quod infamia infamia iuris, cuius delictum occultum est, possit per Praelatum regularem dispensari; negant tamen id posse facere, quando delictum esset notorium, & multo minus, quando delinquens talis declaratus esset per iudicis sententiam.

2. Sed cum Laurentius de Peyrinis in Prael. Reg. quaest. 2. cap. 5. §. 4. num. 50. probauerit infamiam iuris nullo modo incurri, nisi post iudicis sententiam, ex hoc supposito postea in priuileg. Minim. tom. 3. cap. 2. sup. const. Sixti IV. num. 1. docet, quod priuilegium Eugenij IV. concedentes, quod possint Praelati Minimo- rum infamiam maculam abolere, habet locum in foro exteriori, & in infamia per iudicem declarata, alioquin nihil valeret, quia infamia iuris, ut dictum est, nullo modo incurritur, nisi post iudicis sententiam, & priuilegia semper ita sunt interpretanda, vt aliquid operentur, & vbi lex non distinguit, nec nos distinguere debemus, & leges absolute loquentes in utroque foro intelligendae sunt, cum priuilegia sint amplianda. Haec Peyrinus ubi supra.

3. Sed si eius opinio esset vera, magnam quidem auctoritatem Praelati Regulares habent. Verum communiter contrariam sententiam docent Doctores & ideo Portel. in dub. regular. verb. dispens. num. 6. licet ait. Non possunt Prouinciales, nec Generales dispensare cum infami notato infamia iuris legitime condemnato, maxime ob crimen nefandum, vt possit celebrare, est enim talis irregularis, & dispensatio cum illo generaret scandalum. Ita ille.

RESOL. CCXCI.

An Praelati Regulares vti possint privilegio Caelij Tridientini cap. 6. sess. 24. de reformatione, quoad dispensandum?

Sanctum, & absolvendum suos subditos? Et an sub nomine Episcopi in dicto Concilio comprehendatur Vicarius Generalis: Ex p. 7. tr. 2. Ref. 5.

riquez lib. 7. cap. 25. num. 3. in Glossa littera Q. Beia loco citato & nouissime Trullen in Decalogum tomo 1. lib. 1. cap. 3. dub. 4. num. 5. An verò in dicto Decreto sub nomine Episcopi comprehendatur Vicarius Generalis videtur affirmare Sayrus de Cons. lib. 4. cap. 17. num. 19. & Victorellus in Notis ad Tolerum lib. 1. cap. 46. Sed hoc refellit ex Sacra Congregatione P. Thefaurus in Praxi de Pœnis. p. 1. c. 24. verò. Respondeo tertio, in fine nisi specialiter ab Episcopo facultas committatur.

Quamuis non plene sup. hoc, lege tamen in tom. 3. tr. 3. doctrinam Ref. 4 & Ref. not. seq. Et pro contento in lin. it. huius Ref. Vide ibi doctrinam Ref. 14.

RESOL. CCXCII.

An superiores Regulares possint dispensare cum suis subditis super irregularitate contracta ex homicidio voluntario?

Et quid, si sit occultum? Et an hoc etiam extendatur ad Nouitios? Et adducitur in figne privilegii Pauli III. pro Religiosis ubi conceditur ut in singulis annis primo die lune Quadragesimæ dispensent cum omnibus subditis in omni irregularitate quavis occasione, vel causa contracta? Et an dicti Regulares Prælati possint vigore privilegiorum dispensare super bigamia vera, vel interpretatiua: Ex p. 3. tr. 2. Ref. 45.

§. 1. Negatiuè respondent Peyrinus in prinil. Min. to. 1. c. 2. Julij 11. §. 29. n. 103. & 104. Layman in Theol. mor. lib. 2. tract. 5. part. 5. c. 9. n. 7. Ludovicus Molina de inst. tom. 4. tract. 3. disp. 70. n. 12. vbi sic ait. Dixi, dispensare poterat, quoniam si homicidium sit voluntarium, esto, sit occultum, statuit Concil. Trident. sess. 14. c. 7. de reform. ut in eo non dispensetur ad sacros Ordines suscipiendos. Priuilegia autem omnia Regularium reuocata sunt, quatenus eum dispositionibus Concilij Tridentini pugnaverint, & eaque de causa Prælati Religiosorum, neque in conscientia foro dispensare hodie possunt, ut homicida voluntarius Ordinem aliquem lacrum suscipiat, & fortè in eo priuilegio hoc non continuabitur. Ita Molina, & alij.

Sup. hoc in duabus Ref. seqq. & in tom. 5. tr. 6. Ref. 1. & lin. 2. & signatè paulo inferius à verò. Pueden los Prelados & in aliis §§. not. 2. dictæ Ref.

2. Non desunt tamen affirmatiuam sententiam tuentes, & ita docet Io. de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 19. Miranda in Manuali Prælat. tom. 2. q. 8. art. 1. c. 1. concl. 2. Sigifmundus à Bononia tract. de elect. part. 2. c. 4. dub. 7. n. 1. Rodriguez in qq. Regul. tom. 1. quest. 24. art. 1. 2. Corduba, & alij. Et hanc opinionem extēdit ad nouitios Bartholomæus de Vecchis in praxi nouit. disp. 9. dub. 16. num. 2. & fundatur hæc facultas in quodam priuilegio Martini V. & aliis relatis in Compen. Societatis Iesu, verb. dispensatio §. 1. & in nostro p. 1. verb. dispensatio, §. 2. & seq. & hanc sententiam nouissime docet etiam Laurentius Portel in dub. Regu. verb. dispensare, n. 8. vbi sic ait. Possunt Prælati etiam Conuenticuales dispensare cum suis subditis super irregularitate orta de homicidio voluntario, si sit occultum, non verò si sit publicum. Sic ille.

3. Notandum est etiam hic obiter in figne priuilegium concessum à Paulo II. Religiosis D. Benedicti Vallisoleti, & relatum à Rodriguez in Bullario fol. 817. vbi conceditur, ut singulis annis primo die Lunæ Quadragesimæ dispensent cum omnibus subditis in omni irregularitate, quavis occasione, vel causa contracta, in qua concessione obseruat Hieronymus Rodriguez in compen. qq. Regular. resol. 16. n. 14. & resol. 52. n. 25. Laurentius Portel in addit. ad dub. regul. ver. dispensare, n. 5. quod Summus Pontifex, non limitat si sit homicidij voluntarij, neque casualis, neque limitat si sit delictum occultum, vel publicum, neque excipit bigamiam, &c. Sed absolute, & in communi ait, quavis occasione, aut causa contracta, quod non reperio alium Pontificem concessisse. Cumque concessio sit tam ampla, & generalis, & Papa id possit concedere, nec ab ali-

Sup. contentio in hoc §. in Ref seq. post medium §. 1. à verò. Illi stre est, & infra in Ref. 296. §. Sed hoc, & supra in Ref. 287. §. Confirmatur ex doctrina ad medium, & in tom. 3. tr. 2. Ref. 64. §. Et nes & in rō. §. 11. 8. Ref. 35. §. Nominatum.

quo

§. 1. Communitè negatiuè respondent. Ita Suárez de Relig. tomo 4. tract. 8. lib. 2. cap. 12. n. 12. Ledesma in Summa tomo 2. tract. 1. cap. 6. post. 20. conclus. diff. 3. Sanchez de Matr. lib. 8. disput. 2. n. 13. Sigifmundus à Bononia de elect. Prælat. parte 2. cap. 1. dub. 60. Campanili in Diuer. Iur. Can. Rubr. 7. cap. 5. num. 5. Garzias de Benef. part. 7. cap. 11. n. 13. & 17. Alterius de Cons. tom. 2. disput. 8. cap. 3. & alij. Et ratio est, quia ex verbis Concilij constat nomine Episcoporum non intelligi in eo qualitercunque habentes iurisdictionem, quasi Episcopalem, sed solos habentes eam in aliqua Diocesi sibi subdita, ut patet ex illis verbis Textus, quoscumque subditos in Diocesi sua: Ergo non comprehenduntur in dicto textu Prælati Regulares, cum nullam habeant propriam Diocesim.

2. Hoc tamen non obstante non desunt Doctores affirmatiuam sententiam docentes, & assertores Prælatos Regulares, saltem Generales; & Prouinciales nomine Episcoporum comprehendendi in dicto Concilij Tridentini Decreto, postque ex vi eiusdem Decreti vbi facultate ibi concessa dispensandi super irregularitatibus, & absoluedi à censuris occultis, alioqui Papæ referuatis; si finent Rodriguez tomo 1. qq. Regul. quest. 61. art. 9. Beia parte 4. casu 37. in principio, Bartholomæus à S. Fausto lib. 4. Theauri Religiosorum, quest. 125. Laurentius de Portel verb. Prælati, num. 36. & ita etiam sentire videtur Sayrus lib. 7. Theauri cap. 7. num. 24. Si attendè legatur. Probatur hæc sententia, quia etiam hi Prælati Regulares sunt exempti, & habent iurisdictionem quasi Episcopalem in suis subditos regulares, & etiam proprium territorium, quod non est pars Diocesis alicuius Episcopi, sed est veluti propria Diocesis distincta à Diocesi Episcoporum: nam Monasteria illorum Prælatorum sunt exempta, & immediatè subiciuntur quoad iurisdictionem in vtroque foro eidem Prælati, & consequenter sunt æquipollentes Episcopi, sicut Abbates, & Prælati; ergo comprehenduntur in dicto Decreto, sicut iidem Abbates, & Prælati habentes iurisdictionem quasi Episcopalem in subditos seculares, & de ipsis verificatur tota dispositio quoad omnia verba; ergo vbi dicti Decreti possunt ut dicta facultate dispensandi, & absoluedi erga suos subditos regulares. Confirmatur, quia illud Decretum Tridentini, est fauorabile, ergo ob eandem identitatis rationem extendendum etiam ad dictos Prælatos religionis maximè cum resilit in bonum religionis cui certum est summum Pontificem in suis concessionibus, & priuilegijs plurimum fauere velle. Confirmatur secundò, quia alioqui Religiosi essent peioris conditionis, quam seculares, & relinquerebantur à Concilio abique conuenienti suarum animarum remedio si in talibus casibus pro dispensatione, & absolutione tenerentur vel adire summum Pontificem; vel alios Prælatos extra religionem, & propria Monasteria, qui non essent Pastores proprij, quod etiam vergeret in graue damnum regularis disciplinæ, quia præberetur religiosis vagandi occasio.

3. Sed quidquid sit de hac opinione, certum est penes me, quidquid asserat Ioannes de la Cruz de statu Relig. lib. 1. cap. 6. dub. 14. concl. 2. prædictam facultatem Concilij Tridentini competere Prælati Regularibus & Conuenticualibus per Bullam, Pij V. die 21. Iulij 1567. relata à Rodriguez in qq. Regul. tomo 1. quest. 61. art. 9. & Suarez tomo 4. disp. 30. sect. 2. num. 7. Et ita docet Marchinus de Sacram. Ord. tract. 1. part. 9. disp. 1. num. 9. Sanchez & Sigifmundus vbi supra, Hen-